



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 109. Christophorus Bavariae Dux, depulso Erico, Daniæ Rex nominatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Secul. XV. mum ætatis suæ annum expleverat, &  
 A.C. 1439. Carolesii Comes nonnisi septimum nume-  
 rabat.

## §. CIX.

*Christophorus Bavarus, depulso Erico, Daniæ Rex electus.*

Hoc itidem anno in locum Erici e regno pulsi, Dani Christophorum Bavarie Ducem Regis Nepotem ad sceptrum Daniæ, Sueciæ, ac Norvegiæ vocarunt, quem primo solius Daniæ Regem salutarunt, postea vero etiam post aliquas moras, difficultatesque, ut eundem pariter Regem suum nuncuparent, Suecis persuaserunt: licet alioquin longe magis in Carolum Finlandum, qui ex antiquis Gothorum Regibus ortum ducebat, & Regni gubernator ab ipsis constitutus erat, propenderent. Itaque unus idemque obtinebat trium simul Regnorum, Daniæ, Sueciæ & Norvegiæ coronas, sicut olim constitutum a Margarita Regina fuerat. Incurrit tamen Princeps hic populi sui offensam, cum Regni præfecturas plerumque nonnisi popularibus suis concederet. Sueci etiam illum vitæ nonnihil solutæ ac pravis cupiditatibus deditum suggillant, accusantque, quod impune permiserit, Ericum nuperum eorum Regem e Gothlandia, ubi adhuc debebat, latrociniis, & prædationibus Sueciam deva-



devastare. Regnavit tamen Florente Sæcul. XV.  
 continuo pace usque ad annum Domini A.C. 1429.  
 millesimum quadringentesimum quadra-  
 gesimum octavum, ad cuius initium die  
 sexta Januarii vitam suam clausit.

## §. CX.

*Fridericus III in Imperatorem ele-  
 ctus.*

Sub primis hujus anni auspiciis Germa- An. 1440.  
 niæ Principes ad Francofordiæ Comi- Trith. in  
 tia convenerunt, ut novum Cæsarem Al- Chro. Span-  
 berto II nuper defuncto subrogarent. Igi- heim.  
 tur die vigesima sexta Februarii concor- Aug. Patric.  
 di omnium suffragio elegerunt Frideri- to. 13. Conc.  
 cum Austriæ Ducem, Ernesti Filium, & p. 1582.  
 Alberti Imperatoris Patruelem. Juvenis  
 erat viginti sex duntaxat annos natus, pa-  
 cis tamen tuendæ adeo studiosus, ut me-  
 rito *Pacifici* cognomen obtinuerit. Jam  
 duos Cæsares ejusdem nominis, imperii  
 Prædecessores sortitus erat, hinc nomi-  
 nis hujus tertius appellabatur, vel omni-  
 no quartus, si etiam Fridericum *Pulchrum*  
 Ludovici Bavari æmulum numeraveris.

## §. CXI.

*Ladislaus Poloniae Rex ab Hungaris  
 in Regem electus.*

Albertus e vivis decedens, duas tantum  
 Filias,